

TABVLA CVM DILVCIDA.

TIONIBVS IN DICTIS ARISTOTELIS,

& Auerrois ab illo clarissimo M. Antonio Zimara Philosophia eruditissimo compilata, qua digressionibus passim ab eo insertis, uia Peripatetica ueritatis luce clarius edocetur.



DE LITERA A.



B. Prepositio in idiomate Arabico notat, tam causam agentem, quam subiectum, & oppositum, primo Physic. cōmen. 58. Vide quomodo importet subiectum, primo Cœli, cōmē. 20. ubi litera translationis Arabicæ habet in textu, & corpus gloriosum non est generatum ab aliquo.

Quod uero Cōmentator pōderans in cōmento dicit: Et dixit, neq. generabile ab aliquo. & nō dixit, neq. generabile simpliciter, quoniam hæc est differētia inter dicentes q. hoc corpus est creatum à prima causa, & opinātes ipsum primam causam, scilicet, q. dicentes ipsum esse primam causam, opinantur ipsum non esse generabile simpliciter, & dicentes q. est causatum à prima causa, opinantur q. non est generabile ab alio, id est ex alio: Et q. si diceretur esse generabile à nullo, & in nullo tempore, posset hoc institui secundum uocem, & secundum translationem. Generabile uero, est terminatum tempore, & generabile ab aliquo. Et hoc nomen generationis est uulgari, quod Aristoteli. intendit remouere à cœlo. Vbi patet q. ly ab aliquo, dicit causam materialem. Aristoteli enim ibi demonstrat q. cœlum non est generabile, quia nō habet subiectum, neq. contrarium. Et ex illo loco patet quantum demonstrauerit à ueritate Ioan. de Baccone, & Greg. Arimineri. in. 2. Sententiar. distin. 1. q. 1. qui tenent ex mente Aristoteli. & Auer. Cœlum, & substantias æternas non habere causam æternam esse æternam. Et licet ista questio in uia Peripateticorum ardua sit, & ambigua: (Eudemus enim, & Alex. ut recitat Simplicius in principio Physicæ auscultationis, tenentur Deum secundam mentem Aristoteli. non esse causam efficiētem, sed finale tantum, & formalem æternorum.) Ammonius tamen, Simplicius, & Ioan. Grammaticus oppositum tenuerunt, & multi Sapientes. Veritatem quicquid de Aristotele, unum scio indubitanter, Auerroem tenuisse de mēte Philosophi, æterna esse causata in triplici genere causæ (etenim hic aperte testatur cœlum esse causatum à prima causa) & q. Aristoteli. in primo Cœli demonstrat cœlum non esse generabile, illo modo generationis quod generatur in ista temporalia: quia hoc sonat nomen generationis, uerè & non transumptiue sumptum. Aristoteli. enim abhorret metaphoras, & transumptiones in doctrina demonstratiua, ut ipse præcepit in. 2. Posteriorum analyticorum. Et ideo Aristoteli. nomen generationis uerè, & in propria significatione nō intendit remouere à corporibus cœlestibus. Et hoc apparet manifestè ex sententia eiusdem Auer. in lib. Destruct. destructionum, in dispu. 3. in solutione. 18. dubii, ubi dicit q. Philosophi ascendent gradatim inuestigare de supercelestibus corporibus, & apparuit eis q. sint in generabilia, & non sint sicut inferiora corpora. Generabile enim in quantum generabile, est pars huius mundi sensibilis, cuius generatio nō sequetur nisi prout est uisus pars, eo q. omne generabile generatur sine dubio de re, ex re, & pro re, & in loco, & in tempore. Et inueniuntur q. orbium corpora sunt necessaria in generatione inferiorum corporum, prout sunt agentia remota. Vnde si corpora cœlestia generabilia essent modo istius generationis, indigerent aliis corporibus

precedētibus ea, quæ similiter essent partes alterius mundi: & ita essent alia corpora supercelestia, & talia etiam indigerent aliis, & sic in infinitum. Ecce igitur q. uult de demonstratione intelligi de uera generatione in propria significatione sumpta, quæ indiget causa agente, materia, & finali, tempore, & loco. Cōfirmatur auctoritate eiusdem in primo Cœli, cōmen. 105. ubi habet: Defendentes autem Platonē dicunt quod assimilatio generationis mundi ex suis elementis, generationi figurarum ex lineis, & superficiebus à Platone, significat q. mundus semper fuit apud Platonem, & q. ipse nō intendebat per hunc sermonem, nisi q. partes eius sunt priores natura toto: nō quod ipse fuit generatus uerè. Et si hoc intendebat, nihil differet ab Aristoteli. Sed tamen male fecit in hoc, quod dixit mundum esse generatum, & nō corruptibilem: Hoc enim nō intelligitur ex generatione, nisi cum difficultate: & maxime cum dixit: Quod efficitur ex non ordine in ordinem. Nā Plato dixit Deum elementa quæ ante mundi generationem mouebantur motu inordinato, deduxisse ex non ordine in ordinem. Modò talis generatio quæ fit ex priuatione ad habitum, uidetur esse uera generatio, quæ est temporalis: & ita cum difficultate potest intelligi generationē illam apud Platonē fuisse æternam. Aut igitur male sensit, aut male docuit: quia abutebatur uocabulo generationis (ut dicit præfatus Cōmen. etiam primo Cœli, cōmen. 106.) Tenet igitur Cōmen. cœlum, & intelligentias esse causas ab æterno à prima intelligentia, sed nō per generationem ueram quæ fit cum transumptione, & tempore, sed nobiliori modo. Scientia enim Dei gloriosi est causa entitatis, & ueritatis omnium entium, ut scribit Cōmen. in. 2. Primæ philosophiæ. com. 4. & in. 1. 2. Primæ philosophiæ, cōmen. 51. De hoc uide notabilem auctoritatem in libro Destructionum dispu. 3. in solutione. 18. dubii, ubi scribit: Amplius declaratum est à Philosophis, q. illud quod dat entibus separatis à materia finem, est illud quod dat eis esse. Forma enim, & finis sunt unum, & idem in hac specie entium. Ergo illud quod dat finem entibus, illud quod dat formam, & illud quod dat formam est agens: ergo quod dat finem huic etiam est agēs. Apparet igitur q. primum principium est omnium inferiorum principium, scilicet forma, & agens, & finis. Quod clarius: Ab antiquo non prouenit nouum absolute, secundum Philosophos, ex disputa. 12. in solutione tertii dubii. Ab omnibus excellentibus Philosophis hodie existimatur, quod ab uno principio procedunt principaliter omnia entia mutabilia, ex libro Destructionum, disputatione 3. in solutione. 12. dubii. Ab uno utrum multitudine prouenire possit, uide diffuse in lib. Destruct. in dispu. 3. in solutione. 12. dubii. Ab uno agente nō prouenire nisi unum effectum tantum, proposito falsissima est, quæ utebatur Auicēna, & Alpharabius, ex dispu. 3. in lib. Destruct. in solu. 23. dubii. Ab uno simplici numero non posse prouenire nisi unum simplex numero, non quodammodo unum in numero, & quodammodo plura: & q. illius unitas sit causa esse pluralitatis. Si isto modo intelligatur, non potest homo euadere à dubiis Algazelis. Ibidem in solutione. 26. dubii. Ab uno essentialiter non inuenitur nisi unum motum, se-

in cōmento dicit: Et dixit, neq. generabile ab aliquo. & nō dixit, neq. generabile simpliciter, quoniam hæc est differētia inter dicentes q. hoc corpus est creatum à prima causa, & opinātes ipsum primam causam, scilicet, q. dicentes ipsum esse primam causam, opinantur ipsum non esse generabile simpliciter, & dicentes q. est causatum à prima causa, opinantur q. non est generabile ab alio, id est ex alio: Et q. si diceretur esse generabile à nullo, & in nullo tempore, posset hoc institui secundum uocem, & secundum translationem. Generabile uero, est terminatum tempore, & generabile ab aliquo. Et hoc nomen generationis est uulgari, quod Aristoteli. intendit remouere à cœlo. Vbi patet q. ly ab aliquo, dicit causam materialem. Aristoteli enim ibi demonstrat q. cœlum non est generabile, quia nō habet subiectum, neq. contrarium. Et ex illo loco patet quantum demonstrauerit à ueritate Ioan. de Baccone, & Greg. Arimineri. in. 2. Sententiar. distin. 1. q. 1. qui tenent ex mente Aristoteli. & Auer. Cœlum, & substantias æternas non habere causam æternam esse æternam. Et licet ista questio in uia Peripateticorum ardua sit, & ambigua: (Eudemus enim, & Alex. ut recitat Simplicius in principio Physicæ auscultationis, tenentur Deum secundam mentem Aristoteli. non esse causam efficiētem, sed finale tantum, & formalem æternorum.) Ammonius tamen, Simplicius, & Ioan. Grammaticus oppositum tenuerunt, & multi Sapientes. Veritatem quicquid de Aristotele, unum scio indubitanter, Auerroem tenuisse de mēte Philosophi, æterna esse causata in triplici genere causæ (etenim hic aperte testatur cœlum esse causatum à prima causa) & q. Aristoteli. in primo Cœli demonstrat cœlum non esse generabile, illo modo generationis quod generatur in ista temporalia: quia hoc sonat nomen generationis, uerè & non transumptiue sumptum. Aristoteli. enim abhorret metaphoras, & transumptiones in doctrina demonstratiua, ut ipse præcepit in. 2. Posteriorum analyticorum. Et ideo Aristoteli. nomen generationis uerè, & in propria significatione nō intendit remouere à corporibus cœlestibus. Et hoc apparet manifestè ex sententia eiusdem Auer. in lib. Destruct. destructionum, in dispu. 3. in solutione. 18. dubii, ubi dicit q. Philosophi ascendent gradatim inuestigare de supercelestibus corporibus, & apparuit eis q. sint in generabilia, & non sint sicut inferiora corpora. Generabile enim in quantum generabile, est pars huius mundi sensibilis, cuius generatio nō sequetur nisi prout est uisus pars, eo q. omne generabile generatur sine dubio de re, ex re, & pro re, & in loco, & in tempore. Et inueniuntur q. orbium corpora sunt necessaria in generatione inferiorum corporum, prout sunt agentia remota. Vnde si corpora cœlestia generabilia essent modo istius generationis, indigerent aliis corporibus

In fine.

In medi.

Digressio de efficiēte in fabrica æternis, contra Ioa. de Bac. & Greg. Ari. Opi. Eum. Alexā. pro ma pōne. Pro opione cōrariæ ueritatis Ammō. Simplicius, & alii.

Que ad mētem Auer.

Tec. 22.

Col. 4.